

ordines singulis temporibus claruerunt, apteⁿ singula tempora singulis ordinibus^o ascribuntur^p. Quia^q vero unicuique tempori et cuilibet pugne omnes ordines insunt⁸⁷, recte singuli ordines commune aliquid cum omnibus habere probantur. Sed melius ista ostendemus^r, si ea ipsa, que dicimus^s, inserimus^t.

[Probacio^u ordinalis distinctionis per litteram apocalipsis de VI predictis ordinibus fidelium^u] Primus ordo pastorum^v est^v, et ideo^w prima parte de pastoribus agitur. Quia vero idem ordo de temporibus ad tempora^x transiens omnium pressuris participat, unus^y ordo septem angelis comprehenditur, hoc est Ephesi ecclesie, Smirne, Pergami^z, Thyatire, Sardis^z, Philadelfie et Laodicie. In quibus, si subtiliter intueri sufficimus, invenimus primum angelum tempus respicere proprium^a, hoc est apostolorum^b, secundum tempus martyrum, tertium tempus doctorum, quartum tempus virginum^c, quintum tempus^d monachorum, sextum conversorum et coniugatorum. In quibus tamen ordinibus illud^e summopere notari oportet, quod apostoli instituerunt evangelistas^f et^g evangeliste doctores^h, doctores institueruntⁱ contemplatores et^g contemplatores monachos etⁱ monachi conversos, et a^k conversis ad coniugatos imitatio boni operis est diffusa⁸⁸. Ex qua re factum est^l, ut plerumque una fides ex duobus ordinibus unum faciat^m, secundum quod primos diaconos cum apostolis habitasseⁿ legimus⁸⁹, sed et nunc cum episcopis^o, sicut^p nunc conversos cum monachis sui^q ordinis^q commorari^r videmus.

[De^s secundo ordine etc.] Quia vero secundus ordo martyrum est, recte secunda parte de martyribus agitur. Inchoatus est et^t ordo iste a Christo,

n) aperte E. o) temporibus B. p) deputantur BDE. q) Quod B. r) ostendimus BDE. s) fehlt AC. t) inferimus E; inseramus D; inferius repetamus AC. u-u) fehlt ABCE, E hat am Rande: de VII ordinibus. v) fehlt AC. w) fehlt B; folgt in E. x) tempus D. y) vivis B. z) folgt et C. a) primum BCD. b) folgt sive pastorum D. c) folgt et contemplantium D. d) fehlt C. e) fehlt B. f-f) fehlt B. g) fehlt DE. h) folgt et AC. i) fehlt D. k) fehlt B. l) fehlt AC. m) fiat B. n) habitare AC. o) folgt et BDE. p) sic E. q) fehlt D. r) morari DE. s-s) fehlt ABCE. t) fehlt AB.

⁸⁷⁾ vgl. *Enchiridion* Z. 1923–1958 (f. 58^r–59^r).

⁸⁸⁾ Es geht bei dieser Feststellung also um die Ausweitung mönchischer Frömmigkeitsformen über die Laienbrüder zu den Verheirateten, also um die Bewegung, die gleichzeitig z. B. bei den Humiliaten stattfindet und, kirchlich approbiert, 1201, den „Dritten Orden“, das Tertiariatum bildet. Vgl. K.-V. Selge, Art. „Humiliaten“, *Theolog. Realenzyklopädie XV* (1986), S. 693.

⁸⁹⁾ vgl. Act. 6, 2ff.